



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

28. An quis lucretur Indulgentiam cum Medallia, seu grano benedicto,  
mutuo accepto? Et utrum, si reperiam Medalliam, quam amiseram, pereat  
Indulgentia secundi Numismatis à me deputati in locum primi? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

perennire valeat. Est communis sententia Doctorum. Ratio, quia non præsumitur aliter Pontificem indulgentias reuocare, quām soleat alias gratias, & inducta.

9. Major Difficulis est, an sit etiam necessarium, ut ipsa actualis notitia reuocationis perueniat ad aures indulgentiam possidentis? Inclinat Fillius, c. 9. quæst. 8. diet. 3. pro quo etiam citat Nauarrum, & Cordubam. Quam opinionem piam, & favorabilem, quamvis incertam, putat Suarez.

10. Nihi verò probabilis est quando cum indulgentia sunt coniuncta alia priuilegia, ut nimur posse cum indulgentiam lucraturo dispensari in votis, absoluī a censuris, & casibus resuatis. Secus quando cum indulgentia non sunt coniuncta huiusmodi priuilegia. Ratio prioris est, nam ea voluntas presumenda est in Pontifice, quæ sit magis favorabilis salutis animarum: talis est voluntas non reuocandi indulgentiam, cum qua sunt coniuncta hæc priuilegia, nisi postquam reuocatio perueniterit ad notitiam eius, cui indulgentia concessa est. Major probatur: nam semper in reuocatione priuilegiorum præsumitur Pontifex nolle obesse animarum salutem. Minor constat: quia magnum est onus, si postquam aliquis suam confessionem fecit, & a peccatis, & censuris bona fide absolutus est antequam notitiam habuerit reuocationis indulgentiarum debeat confessionem repetere. Idem dicendum erit de dispensatione votorum. Ratio posterioris est: quia quando indulgentia non habet talia priuilegia annexa, nullum est periculum animarum, si illa cesset, antequam eius reuocatio perueniat ad notitiam eius, cui concessa fuit. Et haec omnia docet Amicus in curia Theol. tom. 8. disp. 1. o. 6. c. 10. num. 292. & Dicastillus. ubi sup. disp. 2. dub. 20. num. 273, & 278. cum sequenti.

## RESOL. XXVII.

An orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sunt, & compressi, ut cerea Imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia, adhuc retineant Indulgencias? Ex part. II. tract. 8. & Misc. 8. Ref. 7.

§. 1. **C**ausa est curiosus, & ad illum sic responderet Dicastillus de Sacramentis, tom. 2. tr. 9. disp. 1. dub. 7. num. 127. Mihi videtur in primis Sanctitatem cerea perseverare; Sanctitas enim illius cerea absolute constituit in materia recte facta, & à Pontifice benedicta, idque declarat satis fidelium usus, qui vel minimam partem illius cerea religiosè colunt, & servant, id quod nec Pontifices ignorant, nec ceteri Prelati; atque adeo communis omnium sensus esse videtur intentio Pontificis in iis ceris benedicendis materiam potius legitimè factam respicere, quām figuram, omitto alia argumenta, quæ suppetebant, hoc enim sufficit.

2. Hinc vero colligere quis posset, divisa in partes via tali cera, quamlibet partem habere gratiam, seu indulgentiam, quia in unaquaque parte feruatur integra Sanctitas seu ratio venerandi illam, atque adeo indulgentia: Nihilominus dicendum potius est indulgentiam non multiplicari, aut (quod idem est) in singulis partibus manere: cuius rei ratio à priori non potest esse alia, quām intentio Pontificis, qui non videtur (nisi aliud explicet) id voluisse; si enim id voluisse ex causa iusta, quæ posset occurtere, multiplicaretur indulgentia. Porro id non intendere de facto, quando benedicit illos orbiculos, probari potest, quia nullum est argumentum probans intendere, quod enim assertur de Sanctitate in quavis particula existente,

non probat. Nam inde sequeretur pro cuiusque voluntate dividendo particulas multiplicari indulgentias, & vilesceret estimatio illarum. Item argumentum à multiplicatione benedictionis non probat pro multiplicatione indulgentiarum. Multo enim facilis conceduntur benedictiones, quam Indulgencia. Nam ipsi orbiculi omnes censentur, & sunt beneficii, & non omnibus collata est indulgentia, & merito, qui non per illam multititudinem, & multiplicationem indulgentiarum, vilescent claves Ecclesia, & contemnunt indulgentia sic facile collata, id quod Pontifices ad plures indulgentias reuocandas. Omitto alias rationes. Satis est ad negandum quod non sit efficax ratio concedendi eam multiplicationem. Hucusque Dicastillus.

## RESOL. XXVIII.

An quis lucretur Indulgenciam cum Medallia seu grauia benedictio mutuo accepto?

Et virum, si reperiam Medalliam, quam amicram, per ea Indulgencia secundi Numismatis à me deputata in lecum primi.

Et an in hac deputatione, & applicatione Indulgencia non sit opus quidquam loqui, aut alia signum extrinsecum adhibere, &c? Ex part. II. tract. 2. & Mise. Ref. 50.

§. 1. **A**ffirmatio sententiam docui in part. II. tract. 16. \* resolut. 2. mixus anteriori p. dicitur Marchantij; nunc autem inuenio hanc sententiam docere etiam Sanctarellum de Ibilao, cap. 11. dubitat. 3. ubi sic ait: [ Se alcuno trocasse via Corona benedicta, & la dicesse, guadagni l'Indulgencia concessa à detta Corona? Risponde. Deve cohafar diligencia in trouar il Padrone, ma non trouandolo, può con buena conscientia tener quella Corona & le medaglie, & grani benedetti, che in essa vi sono, & guadagnare l'Indulgencia concessa à quella Corona, perchè nella Bolla del Papa si dice, che chi ha uera quella Corona, & la ditta, guadagni indulgenza plenaria, Hieron. Gratian. de Ibilao, part. I. cap. 15. Parimenti guadagnar l'Indulgencia cohui, che ha una Medaglia benedetta prestagli da vn altra. ] Ita ille, qui citat Pinellum de Indulgencia, cap. 11.

2. Idem etiam docet doctus & amicissimus Peter Gobat de Indulg. part. 2. cap. 13. quæst. 2. 127; scilicet asserens: Cum Religiosis debeat abesse meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quidquid malorum est, in vitam nostram inuehens, S. Chrysost. Orat. de Plego, Religiosi autem aquæ ac ceteri Prelati; compotes Indulgenciarum, rebus piis conseclarum, claram est hil interesse, siue illud numismata sit tuum, siue alienum.

3. Quare si tibi suum Rosarium quispiam comoder, aquæ poteris indulgentiis illi adhaerentibus gaudere, ac dominus Rosarij. Et ita nominatum declaratur in indulgentiis quinque Sanctorum §. 13. Vide de absolute infert Sanctarellus loco citato, ex Hieron. Gratiano tibi obuenturas mei Rosarii indulgentias, si illud à me amissum reperiisti, & orando percurristi.

4. Obseruo autem, inter formulæ Indulgenciarum quoad præsens institutum, hoc dictum, quod in formulis, quibus Pontifices erogant Indulgencias ad instantiam aliquius personæ, aut hominem aliquius particularis Sancti, confuerint ex primæ hanc facultatem, quod scilicet sit perinde, seu quis aliena, seu propria re uatur, scilicet videbis

in formulis Sancti Caroli, Quinque Sanctorum, Cardini, Dicrichstain, Diuūm Guilelmi, Maximiliani, Fene, Godefridi Bambergensis, Nostrorum Patrum Affilientium, Patris Hyacinthi Capucini, &c. At vero in aliis Indulgentiis omittitur hac facultas, ut videre est in formulis Communiorum Indulgenterum Clementis VIII, Patuli V. Urbani VIII. Puto tamen esse hoc ipsum de his, quod de ceteris dicendum, tum quia ita habet praxis, tum quia ita haud dubie sentiunt ceteri, tum quia id coniunctum allata paulo ante rationes, tum demique quia inspicimus in obscuris, quid plenius fieri solet, c. *Insipicimus, de reg. iur. in 6. vide plura n. 431.*

3. Nec obest, quod Clemens VIII. anno 1597. ex prefato verterit, ne res indulgentiae affectae transirent personam illorum, qui eas illo anno obtinebant, nam id retinet, tantum de suis, & Prædecessorum indulgentiis, sicut videtur licet in Breui, quod Petrus mendosus refert Rodriquem typographum tom. 4. fol. 03. correctius item tom. 2. pag. 98. art. 2. In quo Breui alia vetat idem Pontifex, quia certum est nec ab eis Anteccclesiis, nec a Successoribus sufficie verita. Ita Gobat. Cui adde Quintanadueniam tom. 1. singularium in Appendic. t. 9. v. 6. num. 9. & Andream Mendo in Bull. Cruc. d. 20. t. p. 2. n. 13. afferentes ad lucandas Indulgenterias, & libandas animas ex Purgatorio non esse opus habere te grana aut imagines ut proprias, sed sufficiat habere te commodities; cum verbum, *Habere*, non solum dicatur de dominio, sed etiam de possessione, & de tenione, iuxta iuris acceptiōem, quam illustrat Resbus in l. 143 de verb. signif.

Et tandem hanc sententiam teneri Antonius Escobar in tractatu Theologiae moralis tract. 7. exam. 5. cap. 8. §. 3. n. 6. qui citat Henriquez. Habet igitur hanc opinio pro lege patrum. Autores.

6. Verum his non obstantibus cum Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. ex excessu benignitatis sue dignaretur legere dictam meam p. 10. cum leggeret hanc opinionem in loco citato, significauit mihi per Illustrissimum Dominum Sacrissimam hanc sententiam sibi non placere, & suam esse intentionem non lucrari Indulgenterias, per Medalias mutuo acceptas.

7. Sed inquiramus pulchrum dubium, vtrum si reperiam medaliam quam amiseram, pereat indulgentia secunda numismatis, à me deputata in locum primi? Videatur permanere indulgentiam in secundo numismate, & non redire ad primum, eo quod fuerit verificata conditio, vt possit rite eligi secundum. Et ita ego olim docui cum Cardinali de Lugo, & me citato tunc etiam Gobat vbi supra num. 385. At nouissime humero contraria sententiam nominatum contra Lugum docere Patrem Andream Mendo in Bulla Crucis tract. 6. cap. 2. numero 27. vbi sic asserit; Cum autem mutetur aliquod granum, seu imaguncula, cui erat concessa indulgentia, cum facultate ut ea amissa, alia substitueretur, tunc si amittatur, potest substitui. Qua libellatura, si prima reperiatur, ait Cardinalis Lugo in de pontentia dub. 27. num. 150. substituta potest, non verbo prima affigi indulgentiam, quia fuit illa vice electa, posita conditione amissionis prima, cuius statim indulgentia cessavit. Contrarium certius quippe primario & principaliter fuit concessa Indulgenteria prima, soluoque secunda conceditur, si illa amittatur, cum autem reperitur, iam cessa ratiō vi in secunda sit, quæ indulgentiam habuit dumtaxat in prima defectum, reperta vero prima, non est defectus illius. Non ergo iudicanda est ea indulgentia in perpetuum concessa secunda, sed solūm ut substituta alterius principalis; natura autem substituti est, vt adveniente principali in munere cessa. Ita Mendo. Stancibus itaque his contrariis sententiis. Tom. IV.

tentiis consulo si casus in praxi accidat, vtrumque gratum seruandum esse, nam certum est in alteruſo esse Indulgenteriam.

8. Norandum est tamen hic, quid licet Theologo afferant Indulgenteria concessionem fieri debere, si gno extero, quando tamen loco amissi numismatis, seu medaliae aliud eligis, eisque prioris Indulgenterias applicas, non est opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhiberi, nam illa tua applicatio, quam rectius designationem & substitutionem dixeris, non est concessio Indulgenteria, non enim tu, sed Pontifex, aut potius Deus immediate concedit illam indulgentiam habentibus tale numisma à te deputatum, quia facultas concedendi indulgentias nunquam delegatur laicis, aut sceminiis, & tamen ij possum determinare grana, aut imagines, quidquid afferat Pasqualius. Itaque illa applicatio seu designatione est tantum conditio, non autem causa Indulgenteria. Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Gobat vbi supra, numer. 384.

### RESOL. XXIX.

An peregrini gaudent Indulgenterias Episcoporum, de quibus plura?

Et an Regulares exempti lucentur has Indulgenterias Episcoporum?

Et afferunt posse Episcopum quadraginta dies Indulgenteria concedere.

Nomine autem Episcopi etiam Archiepiscopus in praesenti intelligitur, qui in tota sua Provincia eos quadraginta dies potest concedere, quoniam eam non visitet; & in sua Diocesi octoginta dies concedere valet, & si plures dies concedat, validam erit Indulgenteria. Et in Dedicatione Ecclesie unum annum Indulgenteria concedere potest; sed non queunt plures Episcopi ad Ecclesia consecrationem concurrentes plus concedere quam unus.

Nec Successor Episcopus potest illos dies Indulgenteria concedere propter eandem causam propter quam Antecessor quadraginta dies iam concessit.

Potest vero quoniam eos dies propter diuersas causas satis concedere.

Et tandem queritur, an possit Successor illos renocare?

Ex parte 11. tractatu 8. & Milcel. 8. Resolutio-

ne 24.

§. I. **V**identur prima facie affirmatiū respondēt. Sup. hoc in Indulgenteria num. 3. extendens has Indulgenterias etiam ad exteriores in Diocesis commorantes; quod puto intelligendum de commemoratione diutina per domicilium, non de simplici transitu, aut brevissima mora. Et ita docet Episcopus Iordanus tom. 1. lib. 5. tit. 16. numero 55. & 56. quia ratione diutinae habitationis contrahunt forum, & subditi efficiuntur ad hunc effectum; In uno casu possunt peregrini etiam has Indulgenterias lucrari, quando videlicet acciperent facultatem à proprio Episcopo, vt ab alieno Episcopo possint Indulgenterias accipere, quod possit facere tradit ipse Gauantus num. 7. & Iordanus num. 60. cum aliis.

2. Sed quid dicendum de Regularibus exceptis. Negat lucrari Indulgenterias Episcoporum Vgolinius de potest. Episcop. capite 41. §. 2. ver. excipitur. Sed contrarium tenendum est cum Iordano loco citato numero 49. itavit Regularibus non tantum licet participare de huiusmodi indulgentiis Episcoporum generaliter propositis; verum etiam possint eisdem peculia-

R riter

NA  
nida  
L. IV. V.  
III